

eam donec de pecuniis ipsis quantitatibus satisfiat sibi, tam per dictos clericos procuratores Archipresbiteri et Capituli dicte Ecclesie Sancte Marie, seu alios pro parte dicte Ecclesie pro duabus scilicet tertii partibus, et predictum Iohannem procuratorem dicti Monasterii Sancte Clare seu alium pro parte dicti Monasterii pro alia tercia parte. Et satisfacto ipsi Lianore domum ipsam dividatur inter dictos procuratores pro parte dicte Ecclesie Sancte Marie et eundem procuratorem dicti Monasterii pro parte ipsius Monasterii et parte dicte Ecclesie et eiusdem Monasterii. Ita quod due partes deveniant ad ecclesiam ipsam, et reliqua tercia pars deveniat ad Monasterium supradictum. Quapropter dicta Lianora cum consensu et autoritate quo supra et dictus procurator dicti Monasterii Sancte Clare autoritate sibi concessa per abbatissam et conventus *etc.* Guadiam dederunt dictis procuratoribus Sancte Marie *etc.* recipientibus *etc.* ut nullo unquam futuro tempore ipsa dompna Lianora vel sui heredes per predictam quartam sibi competentem in Bonis dicti quondam hugonis viri sui iure murgincapitis sui, et dicta abbatissa et conventus Monasterii Sancte clare et successores sue (*sic!*) ac dictum Monasterium de quarta eis seu dicti Monasterii legata hugonem predictum appellant molestent *etc.* (*Segue a questo punto un altro foro che abbraccia nove e dieci righi della pergamena.*)

Dicti procuratores Sancte Marie et procurator Sancte Clare obligaverunt se mihi predicto notario tamquam persone publice *etc.* solvere pene nomine Romane Ecclesie uncias auri quinquaginta *etc.* Superius autem in tercia linea ubi legitur Carofilio et in quinquagesima linea ubi legitur hiis inter abrasum et emendatum est per me predictum notarium. Nemini vertatur in dubium quia scribendo erravi et ideo abrasi et emendavi. Quod scripsi ego predictus Gualterius puplicus Baroli notarius qui predictis omnibus interfui et meo signo consueto signavi. (*Segue il segno).*

† Nicolaus q. s. iudex.

† Ego Andreas dentice de neapoli miles testis sum.

† Iohannes de Maurone olim Baroli iudex testatur.

† Ego petrus de Marotta testatur.

N. 43.

A. D. 1313

(9 luglio; Indiz. XI)

<i>Provenienza</i>	Cattedrale.
<i>Data di luogo</i>	Bisceglie.
<i>Rogatario</i>	<i>Nicolaus de Trippaldo not.</i>
<i>Descrizione</i>	Taglio rettang: alt. m. 0,59; larg. m. 0,41. Macchiata.
<i>Scrittura</i>	Gotica con molte abbreviazioni.
<i>Contenuto</i>	Si riconferma a Monte Sacro il possesso delle tre chiese di Bisceglie.
<i>Bibliografia</i>	Inedita.

† Ex Quo Virgo Deum Genuit de Semine Celi. Anno Millesimo Trecentesimo terciodecimo. Regnante domino nostro Roberto *etc.* Regnorum suorum anno Quinto, Mense Iulii nono die eiusdem. Undecime Indictionis apud Vigilias. Nos Leo Miseratione divina vigiliensis Episcopus. In presentia Francisci de Indice Nicolao Regii Vigiliarum Iudicis. Nicolai de Trippaldo puplici eiusdem terre notarii et